Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26120
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sed sup peccatores male sibi conscios examinatio iusta
uindicte. Quāuis eū tranquillū in iudicio uideant. quia
tamen feriendos se ab illo non dubitant. eū suis moribus
pturbatū putant. Sequit. Et respiciens omēm arrogantē
humilia. ac si dicat ut ego. Apte autē aduindicte ordinē
arogantib⁹ supboꝝ culpa ꝓponitur. quia nimirū non
supbia de arrogantia. s; arrogantia de supbia generatur.
Duob⁹ modis autē a dn̄o peccator unusquisquis respici
tur. cū aut a peccato conuertitur. aut ex peccato puni
tur. De respectu enī conuersionis dicit. quia respexit dn̄s
petrū. & recordatus petrus fleuit amare. De respectu rur
sus ultionis dicit. Vultus dn̄i sup facientes mala. ut pdat
de terra memoriā eoꝝ. Vtrisq; modis autē in humilitate
arrogans sternitur. quia aut penitendo cognoscit cul
V. pā. aut peundo pcipit penā. Sequitur. Respice cunctos sup
bos & confunde eos. & contere impios in loco suo. subau
enī dis. ut ego. Supbi ex respectu dn̄i confundunt. aut hic de
pietate cognoscentes & dāpnantes crimina. aut illic sup
plicia de iusticia sentientes. Inpioꝝ uero locus ipsa supbia
ē. quia cū scriptū sit. iniciū omnis peccati. supbia. un
de oritur impietas. ibi continet supbia. quāuis nequaq̄
a supbia distet inpietas. Valde enī supbire. ē impia de
auctore sentire. Impius ergo in loco suo conteritur.
quia ipsa supbia qua eleuatur opprimitur. Cūq; effe
rendo se in cogitationib⁹ erigit. lumen sibi iusticie qd̄
inuenire debuisset abscondit. Se autē dum cōtra dn̄m
falsa gl̄a exterius ꝓficit. uera miseria interius inanes
cit. Vnde ꝓpha ait. Deiecisti eos. dū alleuarent. Non
enī ait. deiecisti eos. postquā eleuati sunt sed dum
alleuarent. quia hoc ipsum fit supbis inte rius deici.
quod eis falsa contingit gloria exterius eleuari.